



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 3. Dei desiderium, & sitis, dandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

perfectam fatigas? Quasi perfectæ fidei non congruat; & Deum credere, & diu beneficia tracturum putare. Idem ibid.

Hominēs, quando ipsis continuè negotium facillimus pro rebus nostris; languescunt, & tergiversantur, & agrè ferunt. Deus autem profusus in contrarium; non quando ipsi continuè occurrimus pro rebus nostris; sed quando non hoc facimus, tunc maximè indignatur. S. Chrysof. hom. 3. ad pop. Ant.

Nihil magis Deo displicet, quàm cum nos scelerum nostrorum objectu impedimento sumus, quò minùs divitiis suæ bonitatis erga nos profert. Isidorus Clarius l. 1. Or. 66.

§. III.

Dei desiderium, & sitis dandi.

DA mihi bibere. Joan. 4. 7. *Si scires donum Dei v. 10.* Sicut sitiri; ait S. Gregor. Naz.: quomodo enim sitiat, qui est fons aquæ vivæ; qui de se loquitur Joan. 7. 37. *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Nunquid ipse Jer. 2. 13. *me dereliquerunt fontem aquæ vivæ &c.* Videor igitur mihi videre Dominum in cruce, tanquam in sublimi specula, respicientem orbem terrarum, plenum hominibus sitiētibus, & languentibus præ siti; & occasione sitis suæ corporalis eundem Dominum miseratam eam unam illam sitim generis humani, clamavisse, *sitio!* hoc est: verè quidem sitio, propter jam exhaustum, atque exsiccatum, humorem corporis mei; sed hæc sitis in momento finietur: magis autem sitio; ut homines ex fide cognoscere incipiant, me esse verum fontem aquæ, & veniant ad me, & bibant. Bellarminus de septem Verb. Quod mulieri uni Samaritanæ dixerat, *da mihi bibere*; hoc in cruce nunc fixus omnibus ait: *Sitio.* Vos, inquit, volo, vos cupio, vos corpori meo unire; vos mihi associare sitio. Fons vitæ erat, & tamen sitiebat: aquam promittebat; & bibere cupiebat. Sitiebat nos, & dare se nobis desiderabat. Sitis hæc de ardore dilectionis, de amoris fonte, de latitudine nascitur charitatis. S. Laur. Just. de triumph. c. 19.

Si quis sitit &c. Joan. 7. 37. Alia est sitis Dei, alia creaturarum. Sitis creaturæ est, desiderium recipiendi; quia mendicitate premitur: sitis verò Dei est, desiderium se effundendi. Quia cum sit plenus omni bono, & redundans; se communicare desiderat. Sicut enim si os maximi fontis obstrueres, multaque congeries aquæ accederet, exireque conaretur, merito dices, fontem sitire se effundere; sic divina bonitas &c. Obstruitur verò fons hic peccatò. Orosius f. 2. D. Pass.

Sitio. Joan. 19. 28. Interea dum miles crudelis lanceæ cuspidæ latus defuncti confixit, *convinud exivit sanguis, & aqua.* v. 34. S. Ambros. tunc sitiebat, quando de latere suo restinctura sitim omnium vivæ aquæ fluente fundebat. Cur aqua illa sitim suam non extinxit? ut significaret, quàm potens, & dives, esset Dominus; & cum quidpiam nos rogar, id facere, non pro sua, sed pro ea, quæ nos ei, quantumcunque illud dare tenemur, necessitate; ut multa ille, & magna nobis reddat.

§. IV.

Deus promptior ad dandum, quàm nos ad accipiendum.

NON speraverit, nec speravit mihi quisquam. Jer. 17. 10. Sensus est ex persona Christi, nullus se præbuit, qui dignè mea ara susciperet; nec speraverit mihi quisquam in sanctis, atque pauperibus confovendis, me tibi faciens debitorem. S. Hieron. hic. Sive, non profui, nec profuit mihi quisquam: nullus enim tantum voluit accipere, quantum ego tribuere desideravi. Salus enim creaturæ, lucrum est Creatoris. Idem ib.

Impleverunt eas usque ad summum. Joan. 2. 7. Vellent omnium Salvator Christus, ut omnis anima caperet, quantum posset; & in tantum repletur virtutum moribus, & beatificæ gratiæ, quòd amplius impleri non posset. Nam anima hic vivens non agnoscit, quantum dilatari potuit in captione gratiæ suæ virtutum; aut quantum hic potuit à vitis depurari. Videbit autem, exempta cum à corpore fuerit, & tetralibus sedibus, sita æquè dolebit de hujusmodi negligentia, ut de pœna &c. Simon Cass. l. 5. c. 1.

Divina bonitas plus capit voluptatis, gratias suas elargiendo, quàm nos eas recipiendo. S. Franc. Salef. tr. de amore Dei. l. 1. c. 15.

§. V.

Deus tegit sua beneficia.

UTrumque latus propitiatorii (Cherubim) *tegans expandentes alas, & operientes oraculum.* Ex. 25. 20. Oleaster: summus benefactor est, & nihilominus tectus: ut te doceat, benefacere, & nolle videri.

Quem dicunt homines esse Filium hominis? Matth. 16. 13. Christus D. in sua interrogatione tacet suam Divinitatem; quæ naturæ humanæ communicata, & unita; & solum meminit Humanitatis, quàm à nobis accepit. Petrus verò acsi totius Humanæ naturæ personam ageret, in Christo laudat ejus Divinitatem: *tu es Filius Dei v. 16.* Sicut enim excelsi animi est, silere quæ donat; ita & memorare, quod accepit. Sylveira hic. q. 22.

Apparuerunt illis dispersa lingua tanquam ignis. Act. 2. 3. Cur Spiritus S. venit in igne clarà die? non nocte; ut magis splenderet? Respondet Author de vestibus Aaronis: ut suum magnificum donum minùs luceret; & dona laterent, & quasi minora viderentur. Pl. 26. 10. *In mari via tua, & semita tua in aquis multis; & vestigia tua non cognoscuntur.* Ingens donum populo Israëlitico, cum fugeret per mare à Pharaone; ut sicco pede transiret. Cur de tanto bono vestigium non permansit? liberalitatem suam voluit occultare. Sylv. hic q. 9.

§. VI.

Deus dando reputat se accipere: suum dicit, quod donat.

Ex Veteri.

Dixitque Abraham: Domine Deus quid dabis mihi. Gen. 15. 2. Ubi Dominus ingentes mercedes Abraham promissit, respondit: *Domine, quid dabis mihi?* Philo lib. quis rer. divin. sit hæres: non dubitantis est verbum, sed